mũ Ziph confugit, ſed Sauli a Ziphitis proditus rurſum ſolũ vertit, & Deo pſalmũ quadrageſimũ tertiũ cecinit in quo & proditorũ perfidiã, & tyranni minas fortiter contemnit. Nã Saul cũ Zephitis eiſdẽ peneverbis vſus eſt quib. Herodes ad magos Euangelicos Abite oro, & diligentius ꝑquirite, ac curioſius agite, conſiderate oĩa latibula eius, & addit minas, ſi in terrã ſe obſtruxerit perſcrutabor eum cum multis millibus,

Verũ Deus ſemꝑ ſuis adeſt inter pericula, & reb. iã deſperatis ſuccurrit, ac declarat ſuoꝝ innocentiã & ꝑſecutorũ crudelitatẽ. Nam cum Saul in Heremo Maon eũ exercitu cinxiſſet, & Dauid iã deſperaret ſe poſſe effugere, Deus tyrãnum auocat ad reprimẽdos graſſantes in Iudæa Philiſteos, Nec multo poſt ꝓpria tyranni confeſſione Dauidis bonitatẽ declarauit, cũ Saul viſa ora chlami

 dis